



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

18. Baro Wilichius Cancellarius Monasteriensis frustrà interponit se in causâ Civitatis. Ob nova dissidiorum fomenta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

Quem in finem Regia sua Serenitas & Celsissima Vidua, Principes Auriaca, omnibus iterum & singulis beneficiis ac favoribus, quocumq; iure famineo sexui concessis vel concedendis, certa scientia & sponsanea libertate in perpetuum renunciant. Et quemadmodum transactio hac omnem bonae viciniae confidentiam, mutuamque amicitiam intendit, ita denique tenore presentium spondet Serenissima Domus Auriaca, Celsitudinem suam, Eiusque Diocesin & Principatum sincero confidentis viciniae & amicitiae nexu, cultuque prosequi semper. In quorum omnium fidem duo ejusdem argumenti, presentis transactionis exempla expedita, & tam à sepe dictis Principibus viduis Auriacis, ac Serenissimo Principe Electore Brandenburgico, quam à Celsissimo Principe Episcopo Monasteriensi propriis manibus signata, omniumq; & singulorum sigillis roborata sunt. Actum Coesfeldiae XV. Kalend. Martii. M. DC. LIX.

Existimabat Christophorus Bernardus hac se viâ non tantum obligasse Octovirum Brandenburgi Marchionem & eos, qui minoris Principis Auriaci partes in Hollandiâ tutabantur, ne quid unquam turbamenti creare possent; sed vel ita cumprimis, à patrocinio Monasteriensium, quod forsan implorari contingeret, animos abstraxisse.

18.

Baro Wi-  
lichius

Verum jam antè Merveltio nuper defuncto in Cancellarij dignitate successus erat

erat *Theodorus Carolus Baro de Wilich* & in *Richoltz*, *Dynasta in Wynenthal*. Cui in Urbe aliquando presentem insinuarant se Consules & nonnulli de Senatu, ærumnâsque suas questi, intercessorem rogârant, ita se porro ne persequeretur, sed privilegia, jurâque Princeps ut relinqueret intacta Civitati. Et quamquam ille sponsâ interpositione spem fecerat diffidiis amicè componendis; quod tamen nova exurgerent quotidie fomenta, brevi spes omnis adempta fuit. Cum enim *vecturis & frumento vectigal impositum (Wagenzeichen & Multerstewr dicebatur)* Obnova citra immunitatis & exemptionis discrimen, à Clero ac Nobilitate per id temporum fopus Monasterienses exigent, Procurator *Fisci Civitatem in jus vocavit; & glandes igniariæ missiles, quas alibi Senatus emerat, in viâ interceptæ Principis jussu Warendorpium avertæ sunt.*

Nihilominus Monasterienses parituri tandem Decreto Cæsarei Tribunalis (quod imperante nunc Leopoldo jus iterum dicebat) *Drachterum* Viennam mittunt, ut *ius presidij* Civitati adstruat fortioribus, quam olim, argumentis. *Christophorus Bernardus* haud immemor, hac unâ in periodo, causæ totius & juris sui cardinem versari, & ipse *Furstenbergium*

1659.

Cancel-  
lariusMona-  
steriensis.Frustrâ  
interpo-  
nit se in  
causaMona-  
sterien-  
sium.Obnova  
diffidio-  
rum fo-  
menta.

19.

Viennâ  
UrbsDrach-  
terum.